

- locis, uno tamen proposito, iter arripiunt, ut angustis rebus suis mutata sede ^(a) consulant. est enim proverbium iis ^(b) qui parum prospere vitam degunt, mutatione loci solere mutari fortunam, atque existimantes in ^(c) insignioribus locis sortes esse pinguiore ^(d), in Pra-
- 5 gensem urbem, Bohemorum que ^(e) regni caput est, ut ^(f) opulentam esse censuerunt, itinere non admodum longo pergebant; quos ego postquam in sua voluntate constituero ^(g), proposito meo nichil repugnauerint ^(h), ad Italiam usque deducam. Polonus igitur, qui tunc primum e domo pedem efferebat; ob id etiam ineptior, quod externas
- 10 regiones et alienarum gentium mores nondum viderat; omnia sibi bene eventura promittebat, inter eos presertim qui et linguae et morum consortes essent ⁽ⁱ⁾, non tamen prorsus oblitus quod eos furaces esse frequenter ^(k) audierat; Bohemus, preter id quod generi plus est acuminis, etate quoque maior erat et rerum experientia doctior.
- 15 huic autem nichil magis tunc ^(l) erat in votis quam offerri sibi quenpiam vie comitem paulo hebetiorem, quocum posset ingenio uti, verum locupletiore, ut opinor, deposcebat, quam qui ^(m) obtigit. hos itaque casus in via coniunxit eodem proficiscentes et termino iam appropinquantes; communisque loquela inter salutandum co-
- 20 gnita facile eos invicem arctius conciliavit, ut et ⁽ⁿ⁾ quo tenderent et vie causam et quid subesset spei protinus aperirent ^(o). igitur et itineris quod restabat et hospitii totiusque vite ineunt societatem, donec certam placitamque ^(p) sedem invenerint; quod ut cito consequerentur, se sibi invicem cooperaturos data fide promittunt. cele-
- 25 ritate enim opus erat, quoniam utrique brevis suberat census et viaticum, quod ad dies paucos vix suppeteret, vestes quoque quales censum decebant, nisi quod Polono tegumentum erat capitis non vile, sed quod faciliter ^(q) posset pecunia commutari, ubi necessitas id ^(r) exigeret, atque ad eam anchoram plurima spe Polonus herebat.
- 30 hoc autem Bohemus et ^(s) eundo et confabulando ut esse ^(t) elegans

si misero in cammino, credendo di migliorare la sorte, ove cambiassero dimora.

E poichè si dice: « città nobile, gran fortuna », s' avviarono verso Praga,

dove verranno tra breve in Italia, purchè non vi si oppongano.

Il Polacco, uscito di casa per la prima volta, e senza conoscenza di altra gente che la sua, si prometteva ogni bene tra congiunti, pur avendo di spesso udito i Boemi essere ladri;

laddove il Boemo, il quale, oltre ad esser più scaltro, era più anziano e bene esperto, non vedeva l'ora di trovarsi un socio un po' grosso, per giocargli qualche tiro.

Incontratisi dunque per via, si misero a favellar dei fatti loro,

tantochè presero per partito di viaggiare insieme, dandosi aiuto, finchè trovassero una stabile dimora.

Ma bisognava far presto, perchè non avevano che pochi danari e poveri panni in dosso; salvo che il polacco portava un suo berretto, non vile, che poteva vendere in qualche occorrenza.

Il Boemo, peraltro, adocchiandolo,

(a) Mur. mut. sorte (b) Mur. his (c) B om. in (d) Mur. sortem pinguiorem
(e) Mur. urbem Bohemorum, quae (f) RBp est et (g) Mur. om. constituero, lasciando spazio in bianco, e poi continua: si proposito I codd. om. si (h) Bp repugnauerint (i) Mur. consortes sunt (k) RBp furaces etiam freq. (l) Bp Mur. nihil tunc magis (m) Mur. quam quod (n) Mur. conciliavit. Quare et (o) Mur. aperiant (p) B Mur. placitamque (q) B facile (r) Mur. om. id (s) RBp om. et (t) B Mur. esset